Biskupskich Coniugum mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Joannes Biskupski Wierzbięta olim Generosi Adami Biskupski Wierzbięta cum Generosa Anna Wilgottowska procreatus filius ab una et Barbara Grodzicka Generosi Petri Grodzicki cum Generosa Anna Skarzmowska procreata filia ab altera partibus. Conjuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes. a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti Officio Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad actum praesentem attinet se cum suis bonis ac bonorum suis generalibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque sibi idem palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum seorsum suo prointeresse recognovit. Quia ipsi et quidem Maritus Biskupski Consors vero cum eodem Marito suo Tutoris Coniugalis assistentia sibi mutuo et invicem omnium generalium bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum Mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum. Necnon auri argenti Clenodiorum vestium vestimentorum unionum Monilium Stanni Aeris Cupri Orichalci atque pecorum pecudum Equorum Equarum ac totius supellectilis domesticae in quacunque forma et materia consistentium habitorum et imposterum habendorum mutuam advitalitatem et usumfructum concesserunt et inscripserunt prout dant concedunt praesentibus ad extrema vitae ipsorum tempora tantummodo. Tali vero modo et conditione Quod si prius praenominatum Generosum Joannem Biskupski Maritum quam ipsam Generosam Barbaram Grodzicka Consortem ipsius de hac luce decedere contigerit. Extunc eadem Consors sua bona praedicta generalia omnia mobilia et

im

708

immobilia summasq pecuniarias ac res supradictas morte praedicti Mariti sui derelicta cum omni eorum iure dominio proprietate omnibusq et singulis utilitatibus et emolumentis attinentijs et pertinentijs nullis penitus exceptis tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice utifruetur ad extrema vitae suae tempora. Post mortem vero eiusdem consortis bona generaliter omnia supradicta res supra specificatae morte eiusdem Mariti sui derelicta ad successores Mariti sui Gen[erosi] Joannis Biskupski sine quavis contradictione et impedimento successorum praefati consortis suae totaliter et plenarie devolventur. Similiterque eadem praenominata Generosam Barbaram Gwozdzka consortem suam ipso Generosum Joannem Biskupski maritum de hac luce decedere contigerit extunc ipse Gen[erosus] Biskupski maritus bona generaliter omnia hereditaria obligatoria mobilia et immobilia summasq pecuniarias ac res supramemoratas morte eiusdem consortis suae derelicta cum omni eius iure dominio proprietate utilitatibusq et emolumentis quibusvis attinentijs et pertinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice utifructuetur ad extrema vitae suae tempora. Post mortem vero et de hac luce decessum eiusdem Mariti sui bona praedicta omnia ac res supra tempore ad successores praenominatae consortis suae sine quovis impedimento et contradictione praedicti Mariti sui successorum totaliter et plenarie devolventur cedibunt devolvi et redire debebunt Stante praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.

Actum in Castro Premysliensi Feria secunda post festum Assumptionis [illegible] Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno

18/VIII 1659